

**6085** | tae pecuniae eum eosque, quorum ante aedificium ea via erit pro  
 portioni, quantum | (39) quousque ante aedificium viae in longitudine et in  
 latitudine erit, q. urb.<sup>41</sup>, quaeve aerario praerit, in tabula[s] | (40) publicas  
 pecuniae factae referendum curato. Ei qu[e]i eam viam tuendam re-  
 demerit, tantae pecuniae eum eos |-(41)ve ad tribuito<sup>42</sup> sine d. m.<sup>43</sup> Sei is,  
 qui ad tributus erit, eam pecuniam diebus XXX proxum[e]is, quibus  
 ipse aut pro |-(42) curator eius sciet adtributionem factam esse, ei, [q]uoi  
 ad tributus erit, non solverit neque satis fecerit, is | (43) quamtae pecu-  
 niae adtributus erit, tantam pecuniam et eius dimidium ei, quoi ad tri-  
 butus erit, da[r]e debeto, | (44) inque eam r[e]m is, quo quomque de ea  
 re aditum erit, iudicem iudiciumve ita dato, utei de pecunia credita |  
 (45) iudiciumque<sup>44</sup> dari oportebit. |

(46) Quam viam h. l. tuendam locari oportebit, aed., quem eam viam  
 tuendam locare oportebit, is eam viam per | (47) q. urb., quaeve aerario  
 praerit, tuendam locato, utei eam viam arbitrato eius, qui eam viam lo-  
 canda[m] | (48) curaverit, tueatur. Quamtam pecuniam ita quaeque via lo-  
 cata erit, t. p.<sup>45</sup> q. urb.<sup>41</sup>, quaeve aerario praerit | (49) redemptorei, quoi e  
 lege locationis dari oportebit, heredeive eius damdam ad tribuendam curato. |

(50) Quo minus aed.<sup>46</sup> et IIIvir. vieis in urbem purgandis<sup>47</sup>, IIvir.  
 vieis extra propiusve urbem Rom. passus [M]<sup>48</sup> | (51) purgandis, quai-  
 quomque erunt, vias publicas purgandas curent eiusque rei potestatem  
 habeant, | (52) ita utei legibus pl.ve sc.<sup>49</sup> s. c.<sup>50</sup> oportet oportebit, eum<sup>51</sup>  
 h. l. n. r.<sup>52</sup> |

(53) Quoius ante aedificium semita in loco erit, is eam semitam eo  
 aedificio perpetuo lapidibus perpetueis | (54) integreis continentem, con-  
 stratam recte habeto arbitrato eius aed., quoius in ea parte h. l. viarum |  
 (55) procurator<sup>53</sup> erit. |

(56) Quae viae in u. R.<sup>54</sup> sunt erunt intra ea loca, ubi continenti  
 hab[er]itabitur, ne quis in ieis vieis post k. Ianuar. | (57) primas plostrum  
 interdiu post solem ortum, neve ante horam X diei ducito agito, nisi  
 quod aedium | (58) sacrarum deorum immortalium causa aedificandarum,  
 operisve publice faciumdei causa, adv[e]hei porta |-(59)ri oportebit, aut  
 quod ex urbe ex ve ieis locis earum rerum, quae publice demolienda  
 loca<sup>55</sup> erunt, publi |-(60)ce ex portarei oportebit, et quarum rerum causa  
 plostra h. l. certis hominibus certis de causeis agere | (61) ducere licebit. |

(62) Quibus diebus virgines Vestales, rex<sup>56</sup> sacrorum, flamines plostreis  
 in urbe sacrorum publicorum p. R.<sup>57</sup> causa | (63) vehi oportebit, quaeque

41) *Quaestor urbanus.* — 42) *Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 433, 2. 448, 2.* — 43) *Dolo malo.* — 44) *Scr. iudicem iudiciumve.* — 45) *Tantam pecuniam.* — 46) *Aediles.* — 47) *Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 603.* — 48) *Deest in aere spatio vacuo relicto.* — 49) *Plebeive scitis.* — 50) *Senatus(ve) consultis (cf. v. 72).* — 51) *Scr. eius (Momms.).* — 52) *Hac lege nihil rogatur.* — 53) *Scr. procuratio.* — 54) *Urbe Roma.* — 55) *Scr. demoliendae locatae (Hugo).* — 56) *Scr. regem.* — 57) *Populi Romani*